



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. Consid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Sunt autem qui nescio quam aeternitate ore volvant, & quædam ejurent æternum vitanda. Audiuntur quandoque ejuscemodi promissa: In æternum suscipiet hunc & peccati fautorem locum cavebo: hominem illum, istam feminam, illum in malo socium æternum non adibo amplius, comestationes illas, & istas choreas æternum evitabo; satis est semel, satis est toties hic & illic, cum his & illis peccasse. Bene, mi homo, proponis, & quia peccatum metuis, etiam peccati periculum jure fugis. Sed utinam tam sancte serves, quam facile promittis. Aliquando vix dies aut hora abeunt paucula, cum idem omnino facis quod adeo ejurasti, & execratus es. Considerandum; quod verò promissum, sancte constanterque servandum est. Exemplis admodum luculentis docemur, quam puniat Deus, si fidem illi datam frangimus.

Nil temere
Deo promittimus.

I. Hominis & araneæ labores collati.

Alia est æternitas, sed pessima, quam subimet pollicentur ii, qui celum sibi struere volunt extra cælum, & beati esse antequam mortui. Propter hoc Isaias, *Audite verbum Domini, viri illius: dixistis enim percutimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* O infanti, quam nulla est hæc vestra æternitas! nil stabile aut perpetuum in hoc carcere. Regius vates eleganter id explicans: *Anni nostri, ait, sicut aranea meditantur.* Non potuisset brevius & melius. Quid enim aliud sunt omnes anni nostri, nisi continua exercitatio & laboriosa meditatio: totum vitæ nostræ tempus variis laboribus, multis doloribus, variis timoribus, crebris suspicionibus, sollicitudinibus plene innumeris exercetur; sicut aranea cum fila filis necit; catenatus & continuus est noster labor, continua suspensio, jam ut illo fruamur, jam ut istud amoliamur a nobis. Multa facimus & laboriosa suscipimus, & heu nescimus quod aræarum telam teximus, grandi labore, raro successu, nullo effectu. *Anni nostri sicut aranea meditantur.* Aranea laboriose telam suam ordit, diu multumque discurret, hæc illæ circuit, in idem sæpius redit, seipsam consumit, dum suam illam multiplicum florum rotulam absolvat. Exenterat & evisceratur sese, ut suum istud perfatiale tentoriolum ex arte concinnet. Quod ut sublimè suspendat, affligat, firmetque sexcenties it & redit, nec visceribus suis parcat, libenter ea in tenuissimam hanc texturam impendit: cum verò translucidum hoc & subtilissimum conopeum jam pendet alligatum; & textile hoc opus absolutum est, ad levem scoparum ductum omnis labor intercidit & perit; missella verò aranea vel in telâ suâ interficitur, vel ea velut laqueo trahitur ad mortem, pede obtrectata. Ita imprudens animalculum, aut funebre sibi ipsi linteum nevit quo involveretur; aut restim consecit quo necaretur. Ita prorsus homines, instar araneæ, multis sese laboribus exhausti, ut in altum emergant, ut voluptatibus affluant, ut opes struant, ut retineant, & augeant. Hisce conatibus omne suum ingentum impendunt, & sæpe valetudinem, discuntur, fatigantur, sudant, enervantur; uti aranea viscerum egesta; & cum omnia fecerint, telas aræarum habent & texturam opus, ad capiendas muscas. Sæpe tunc ipsi operi immorantur; dies quos gentiales sperabant, faciles inveniunt; sepulchrum est, quod palatium esse cœtesebant. Sic anni nostri velut aranea meditantur: verè maximam partem meditantur tantum, plucina namque facturos nos proponimus, pauca facimus, & plerumque quæ rectius non faceremus nullam habent perpetuitatem, ad quæ tanto molimine tendimus, & plerumque non pervenimus: ita pactum cum morte, fœdus cum inferno nullum est. Tabelescimus omnes & morimur. Hoc pessimum, quod ita cœci adeamus æternitatem, quam nunquam exhibimus.

Guerricus, cum audisset in templo legi libro Genesios: *Factum est omne tempus quod vixit Adam non genti*

Exp. 1.

triginta anni, & mortuus est. Et facti sunt omnes dies Seth non gentorum duodecim annorum, & mortuus est. Factique sunt omnes dies Enos non genti quinque anni, & mortuus est. Et facti sunt omnes dies Mathusalem non genti sexaginta novem anni, & mortuus est, &c. ita mortem concepit animo, & se quoque moriturum, tam validè impressit pressio menti, ut demum in S. Dominici leges jurarit, quo mortem sanctius obiret, & tutius adiret beatam æternitatem, quando hic nulla est experienda æternitas.

II. Que in mundo omnium optima sit questio.

Refert D. Mattheus, venisse adolescentem ad Christum, qui questionem proponeret. Probus fuit hic adolescens, quod ex D. Marco licet conicere, nam genu flexo venit, & Servatorem interrogavit in hæc verba: *Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam?* Præcepta nostri respondit Christus, si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Philippis in urbe Macedonia, cultus carceris Paulo & Silæ ad genua accedens, querit: Domini, quid me oportet facere, ut salvus sim? Optima questio; nil melius, nil & utilius potuissent hi querere. Sed, o bone Deus, ubi hæc questio in Mundo: perpetubique questiones volant, hæc una ferè nullo. Plerumque suis se questionibus produnt homines, protrahuntque in lucem vel simplicitatem, vel curiositatem, vel latentem alium animi morbum. Qui adeo gnave querit, ubi venale sit vinum bonum, satis aperit quid curæ sibi sit. Querit alius, ad quod non possit non erubescere auditor: satis hic patet, cor plenum esse eo quo os abundat. Plena sunt omnia questionibus, sed quam rarum est, ut alter alterum interroget: Putasne hæc via ad cælum ducat? Omnium quidem vitiorum hoc est; maxime libidinis & luxuria, ut cum quis profundum petit & incipit submergi, non facile serio sincerèque animo quærat: Istone vivendi genere beatam æternitatem obtinebo, si necne itur ad altæ? Sed tamen ii omnium minimè hoc quarunt, quibus jucunda & suavis est vita, qui parum meroris sentiunt & afflictionis, aut si sentiunt, omnia agunt, ne sentiant; Pater apud illos extremum malorum: modò ipsi nunc bene sit, quidquid fiat aliis, quidquid futurum sit in illâ, de quâ nil cogitant, æternitate. Quotidianum illorum carmen est: *Cælum celi Domino, terram autem dedit filius hominum.* Nec desunt eis, corporis & animi vires, quibus hominum conatus ad momentum effugiant: sed ut in longas illas summi judicis manus sine effugio incendant, & longissimas seclerum suorum hant penas. Quod si Deus arcanissimis suis iudiciis hominem rejiciat, reproberque, & ex impotentis animi libidine perimitrat vivere, pleraque ei omnia prosperè & feliciter evenire sinat, ne miser bis puniatur, hic & illic, & si quid boni fecit, mercedem statim recipiat. De ejusmodi male fortunatis hominibus, verè pronuntiavit illud Psaltes regius: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ibunt in adinventioibus suis.* Et hic est miserimus vitæ status, si quis esse potest, quia quæ Deus destinavit ducere in viam beatæ illius æternitatis, huic certe non patet, sed assidue illi flagella. Ex innumeris testibus sisto unicum, sed magnum; nil simile multis retro seculis visum auditumque censeo.

III. Quomodo Deus hic puniat, ut ibi pareat; mandatum exemplum.

Anno post Virginis partum millesimo centesimo octogesimo quinto, Andronicus Orientis Imperator, tertio imperii sui anno, ab Isaacio Angelo victus, duabus gravibus ferreis catenis collo injectis, & compedibus oneratus, verbis contumeliosissimis exceptus; ita demum ornatus ad Isaacium perductus est. Hic illi saviæ & tyrânis exprobrata, facta omnibus licentia, quidlibet in illum audendi. Jucundum fuit irritatis, ab hoste vindictam sumere. Itaque impinguntur ei colaphi tergum

Homines
hujus mundi
questio

Dens hominem reprobans, omnia ei feliciter evenire sinat.

Psalm. 72. non flagellabuntur: ibunt in adinventioibus suis.

Eccl. 6. 30. stibus sisto unicum, sed magnum; nil simile multis retro seculis visum auditumque censeo.

Andronicus Orientis Imperator ab Isaacio victus;

tergum

Consideratio V. de Aeternitate.

15

Omnium
ludibrio
exponitur.

tergum ignominiose pulsatur, barba vellitur, capilli trahuntur, dentes excutuntur in publicum, deinde protrahitur. Omnium ludibriis exponitur, etiam a mulierculis pugnis ceditur; post dextra ei praeciditur, & sic mutilus in forum & latronum ergastulū detruditur, sine cibo, sine potu, sine cuiusquā officio. Paucis elapsis diebus alter ei oculus effoditur, ipse sic fœdè habitus, & uno tantū oculo unāq; manu deformis, curā insuper brevique tunicellā malè amictus, capite rasō & glabro infamis, scabiolo camelo averfus imponitur, ludicrā ex alio coronā caput praecingitur, cameli cauda pro scepro laevae inferitur: sic per forum triumphi formā, lentā pōpā deducitur. Hic plebs petulantissima, & circumforaneā sordida turba, effertis animis in eum fecit impetum, nullā habitā ratione, quoddā nudius tertius fuisse Imperator, regio diademate redimitus, ab omnibus laudatus, cultus, celebratus, adoratus; quodque & ipsi iurejurando fidem suā & benevolētiā erga illum obtrinxissent: furor omnibus ministravit arma, clavas alii in caput impeerunt, sordibus alii nates opplerunt; alii spongias, hominum, pecudūque excrementis & oleo plenas in faciem expresserunt, veribus alii latera pupugerunt. Illi lapidibus, hi luto petiverunt, isti rabidum canem, fungum alii & bardum proclamant. Impudens muliercula, ollam ē culina raptam bullientis aquae plenā, in transeuntis istius Imperatoris caput effudit: nemo erat qui ei non malè faceret. Ita demum summo ludibrio in theatrum perductus, & mox camelo detractus, inter duas columnas pedibus suspensus est. Qui sexcenta mala jam perpessus fuerat, virū tamen & herōem se gessit planè Christianū. Lamentari, & ejulare, aut fortunam accusare auditus non est, & frustra id fecisset: cum Deo cepit rationes ponere, & noxarum veniam orare, illud enim solū identidem ingeminabat: *Domine miserere, Domine miserere.*

Et in malis
se planè
Christia-
num gessit.

Miser Andronice, quod tāta ferre cogaris, felix, quod patienter feras, & agnoscas peccata sic esse expianda. Sed nec suspensio furibunda turba, dum vixit, pepercit: direpta tuniculā, variè manibus agitarunt, & lacerarunt. Ferocior unus ensem per pendentis alvum ad intestina adiecit. Duo alii periculū facturi, utrius gladius esset acutior, ambabus annixi manibus, aversum corpus transfixerunt. Hic miserrimus Imperator, mutilatam dexterā agere admovit ori, calidum ex eā sanguinē, ut multi putabant, ob recentem plagam, adhuc stillantem, exacturus; sic miserē vitam abruptit. Diebus aliquot interiectis, ex infami furcā detractus, sub theatri fornem pecudis instar projectus est, dum humaniores aliqui in locum alium transtulerunt, eum tamen à nemine sepeliri permisit Ilaacius. O Andronice, o Imperator Orientis, quantam tibi Deus fecit gratiam, qui hac te pati voluit paucis diebus, ne perires omnibus diebus: brevi tempore miser fuisti, ne esses eternum. Nec dubitem quin AN-NOS AETERNOS in mente habueris, cum hac tam fortiter toleraris.

Ejusdem
erga D.
Paulum
devotio.

Scriptit hac qui evo illo vixit Nicetas Choniates, qui & Andronicum ab eo commendat, quod fidei Catholicae tenacissimus fuerit, simul & devotissimus D. Paulo Apostolo, cuius Epistolas prae manibus, & nunquam non apertas habere consuevit. Neque verò Apostolus istud obsequi gratis sibi deferri est passus; curam gessit sui cultoris Andronici, cui cum exitum immineret, imago Apostoli auro exornata & in aede sacra collocata, ubi illum illacrymalle visa est, quod ostentum, ipse statim Andronicus, non aliter atque venturae cladis nuncium accepit.

O Christiani, ANNOS AETERNOS in mente habete; sic, quidquid malorum ferendum est, longè facilius perferetis: breve videbitur, quidquid cum aeternitate confertur. Id enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Hinc tam serio clamat & precatur, I.

Tom. I.

A tur Augustinus: Domine hic tunc, hic secula, modo in aeternum parcat. Et D. Fulgentius, etiam sanctissimus, morti vicinior septuaginta diebus antequā finiret, idēdem clamabat: Domine da mihi modō patientiam, & postea indulgentiam. He illius voces & vota fuerunt, usque dum exhalaret. Certè Deus iis omnium minime pareit, quos per totam aeternitatem secum retinere decrevit.

Deus iis, quos retinere decrevit minime parcat.

CONSIDERATIO VI.

Quomodo sancti Patres, Ecclesia, Scriptura aeternitatem meditandam ingerant.

Ritus Catholicus est, statim anni diebus supplicare & circumire, Dei & Divorū honori augendo. Emulatur id demon: habet & ipse suos qui supplicent & circummeant. Vidit hos regius vates: *Impi in circuitu ambulāt. Psal. 11.* Vitam suam sic instituunt, ut à convivio ad convivium, à deliciis ad delicias, à scelere in scelus. Hic illorum circuitus est; & cum putant hunc nequitiae circuitū pænē completum, & utriusque circinatum libidinis suae orbem, denuo incipiunt, ad priora & antiqua redeunt, dum mors ita circumeuntibus non vocata occurrat.

Liberi Iob hanc inter se legem statuerunt, ut in orbē transirent dies convivii; alteri ab alteris invitarentur. Op-timū illorum parens probā dverit, orbicularem hunc conviviorum transitū sine peccatis vix futurum: Propter ea mittebat ad eos, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Uti ergo impiū voluptatum circuitu gaudet, & in bonis dies suos ducit, ita Deus circuitu illis instituit, sed perpetuum, sed in tormentis, sed aeternum. Idem hoc beatus David previdit; *Etenim Psal. 76. Sagittae tuae transeunt, vox tonitru tui in rota. Fames, bellū, Sagittae pestilentia, aerumna, morbi, calamitates, mors ipsa, adversa denique omnia, quae ante mortem primam nos premunt, Dei sagittae sunt; sed transvolant; alatae sunt, celeritē ab his ad illos atque alios transiliunt. At verò vox tonitru, vox ire & furoris divini in inferorum ergastulis, velut rota circumageretur, idque aeternis saeculis, rota hac veluti si pulvere tormentario stipata sit, ubi semel ignem conceperit, ardebit in omnes aeternitates. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima. Est alius hic circuitus, isque etiam aeternus: ab inexplicabili frigore ad immentos ardores, & ab his ad illud iterum regressus erit. Ad nimium calorem, inquit Iob, ab aquis nivium transcat. Quod expressius & stridor dentium, & oculorum flens, designat. Horribilem hanc & incomprehensibilem Aeternitatis rotam, quo plenius depingamus, ordo postulat, ut quā ratione sancti Patres cum Ecclesia, hac cum divina Scriptura in hoc conveniant, attendamus. Variā ab his admonitiones sunt, quas si attendamus, aeternitatis non faciliē obliviscemur.*

I. Sanctorum Patrum & Ecclesiae circa hoc responsa.

EX omni numero Sanctorum Patrum, quinque potissimum audiendi sunt, qui diversis temporibus vixerunt: Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Bernardus, Laurentius Iustinianus.

Prima hic est quaestio, sed quae vana & stulta videatur. Quid facilius aut tolerabilius sit, triduo pari capitis, oculorum, dentium vel calculi dolores, vel viscerum tormenta, vel (si quid alii sunt acuti dolores) noctes discique somnū nō videre, sine omni pænē respiratione torqueri; aut certè de pisce, in quo fel cōpressum est, frustillum edere. Ridicula prorsus & otiosissima quaestio. Multo quā suavius est, totum ejusmodi felleum piscem devorare, quā diem duntaxat unicum tantos perpeti dolores: illi piscis antartices nec vitam auferet, nec ex se morbos creabit; os solum, quod acerbā respuit, maxime cōqueretur. Rectè responsum est. Interea verò quot hominum millia primum eligunt seu verbis, seu facto ipso: quoties in exhortationibus, in confessionibus, con-

B 2

cionibus